

donis collatis responderent dona (inter Orientem & Occidentem mutata cursu, diverſo in nativitate motu, ut Sinagogæ caderet cœlitatis, & ſuper illam emineret Gentilitas) palam apparuit his, qui minime interrogabant; dum Hebræi conſententur ſe noſſe Deum, & factis negant. Magis apparuit, eius in ſtella expreſſa imagine, inſit Auguſtin. d. ſerm. 4. Die quo natus eſt, illis ſtellam in Oriente viderunt; & quem natum indicaverit, agnoverunt. Clariùs Prudentius in Apotheoſ. v. 683.

An in ſtella pueri imago Auguſt.

Prudent

Vidimus hunc, aiunt, puerum per ſidera ferri, Et ſuper antiquos Signorum ardeſcere traſtus.

V. 24

Hinc dicunt: Vidimus ſtellam eius. Eius, proſectò, quia in illa eius ſplendida imago etenim per illam natum iterum cognoscunt, ſi iterum viderint.

Ibid. Et quæ intuius

18 Hoc intuitu cum ſtella, ſignum Regis orturi, apparuiſſet in Oriente; non interrogant de nato puero, ſed dumtaxat de nativitate loco. Ubi eſt, qui natus eſt Rex Iudeorum? Vidimus ſtellam eius. Haud ambigitur nativitas Regis; ſed locus nativitatis. Si Rex Iudeorum quaeritur, in proprium Regem, qua de cauta intendunt adorationem; videtur quòd de Rege inſtrueda ſit inſpectio, & non de loco. Regem ſciebant, verum cum loci neſcientia adorare nequibant; quin illos poſſet Synagoga fallere, alio demonſtrato Rege: igitur cum ex eius imagine hauſiſſent in ſidere cognitionem; viſo loco, proculdubio agniti per imaginem. Hinc poſiti voto, ſtemmata in patria ornarunt nobiliori titulo. Arms ſua depingere fecerunt (inquit Petr. de Palude, in Epiphan. ſerm.) cum puero, matre & ſtella. Hæcine nobiliora inſignia ſigna gratitudinis, & ſummæ felicitatis: etenim coram oculis habebant, ut redderet celo gratias, per quos & à quibus obſtenta tanta felicitas. Hoccine miraculum ad Gentilitatis beneficium, in Platon. Timæo, reſert Ethnicus Calcidius: Eſt alia ſanctior (inquit) & venerabilior hiſtoria, qua perhibet de ortu ſtelle cuiſdam, non morbos, morteſque denunciantis; ſed deſcenſum Dei venerabilis, ad humane converſationis, rerumque mortalium gratiam. Quam ſtellam cum nocturno titinere ſuſpexiſſent proſectò Chaldaeorum ſapientes viri, & conſideratione rerum cœleſtium ſatis exercitati; quaſiſſe videntur recentis Dei ortum: reperiſſeque illa maiestate puerili, veneratos

Petr. Paſud. Quænam Magiſtremat

Chalcid

ſeſſe; & vota, Deo tanto conveniſſentia, nuncupaſſe. Alijs parco, quia fuſe dixi, in Ephemerid. 6. Ianuar. à n. 6. & 25. Decembr. à n. 4. Iam enim illuminata Eccleſia, quæ ex Gentibus naſcentis conſtat Sponſa, cœleſtis Solis munditie, erroribus abiuratis idololatricæ. Accinit Ennodius, in Epiphaniæ panegy. à v. 41. Iſte dies, Quo gaudet mundus (cum non ſine gaudio mundi) Cernis adorâtes, pavidos ſumittere vultus Iſte dies cunctis vite, cunctiſque ſalutis Cauſa fuit, veteris diſſolvens vincula noxa. Cbriftus in hoc tribuit decus, qui mente gubernet, Et Genes pietate regat: quibus Auſtor Olympi, Policius ſimili Regem pietate paravit.

ſeſſe; & vota, Deo tanto conveniſſentia, nuncupaſſe. Alijs parco, quia fuſe dixi, in Ephemerid. 6. Ianuar. à n. 6. & 25. Decembr. à n. 4. Iam enim illuminata Eccleſia, quæ ex Gentibus naſcentis conſtat Sponſa, cœleſtis Solis munditie, erroribus abiuratis idololatricæ. Accinit Ennodius, in Epiphaniæ panegy. à v. 41. Iſte dies, Quo gaudet mundus (cum non ſine gaudio mundi) Cernis adorâtes, pavidos ſumittere vultus Iſte dies cunctis vite, cunctiſque ſalutis Cauſa fuit, veteris diſſolvens vincula noxa. Cbriftus in hoc tribuit decus, qui mente gubernet, Et Genes pietate regat: quibus Auſtor Olympi, Policius ſimili Regem pietate paravit.

ſeſſe; & vota, Deo tanto conveniſſentia, nuncupaſſe. Alijs parco, quia fuſe dixi, in Ephemerid. 6. Ianuar. à n. 6. & 25. Decembr. à n. 4. Iam enim illuminata Eccleſia, quæ ex Gentibus naſcentis conſtat Sponſa, cœleſtis Solis munditie, erroribus abiuratis idololatricæ. Accinit Ennodius, in Epiphaniæ panegy. à v. 41. Iſte dies, Quo gaudet mundus (cum non ſine gaudio mundi) Cernis adorâtes, pavidos ſumittere vultus Iſte dies cunctis vite, cunctiſque ſalutis Cauſa fuit, veteris diſſolvens vincula noxa. Cbriftus in hoc tribuit decus, qui mente gubernet, Et Genes pietate regat: quibus Auſtor Olympi, Policius ſimili Regem pietate paravit.

Eando

DIDASCALIA VII.

Errori ſine modo medicina, non medicina, ſed plaga.

Y SAPE ſub titulo ſpecioſo iuſtitia, ſit blandimen arrogantia turpi ſuccumbat errori: quandoquidem larvâ inris deaurat Iudicis per ſe vel amicos error; & pompaticè tumide proccedit furor, eò quòd potuit facere, quod iurè fieri non potuit; hauriens phantaſticam titillantem vanitatem, quippequam impotens legis velamine valuit procedere contra legem: micatque amplior iugulanda auctoritas; quia pro iuſto iudicio tranſit iniquitas. Quæ uſquam (ait Croneſ. Tacitus, lib. 1. Hiſtor. cap. 38.) Provincia, quæ caſtra ſunt, niſi cruenta & maculata, aut ut ipſe prædicat, emendata & correctæ: Nam quæ alij ſcelera, ille remedia vocat; dum falſis nominibus, ſeveritatem pro ſevitia, ſupplicia & contumelias diſciplinam appellat. Quid ſi conciliare cupit potentioris gratiam, aut ſoveat peſtore vomitum, vel aliquid nec factum, præcogitavit offenſam: Illicè vultus legis; & ſeveritas tetri inexorabilis iudicis; ut reformet larvata iuſtitia, quod deformavit pro lubito ficta cauſa. Hæc eſt iuſtitia,

Sicut egrotat loquitur.

Ut

Tacit.

Ubi non cauſa, ita dicitur iuſtitia.

Sophoc

Ut ait Sophoc. in Trachin. v. 1262. Opus habet iudex præſentaneo medicamine: dolet capite, dolet peſtore: & quia vigent putrida viſcera, vel verba ſerent. Plane in digent: caput monte, peſtus corde: etenim ueretur ſecum medicamento, ſi gauderet aliquomodo iudicio: patetque cerebrum vacuum, quippe phreneticum; quo regimine, nec iuris, nec iuris ſui, quod datum ſceleri. Volant flagitia, damnatur innocentia: & quæ ſupplicia ut ſcelera tota lex iudicat, remedia ſcelerum vocat. Pœnæ ex lege, ſanè medicamina criminum vulneri. Ubi non crimen, quorſum pœnæ medicamentum? Medicina vulnus faciet, quod crimen non fecit: apparebitque plaga, quæ appoſita malignanter medicina.

Invidia cæca videt, & tabeſcit.

Terent.

Melius, peius, proſit, obſtrimbil vident, niſi quod lubet.

Marc. 15. à 13

Tropoſ. tam improberum non in cauſa, ſed in pœna.

2 Traditur à Principibus Sacerdotum N. Redemptor Pilato, cauſa conſtructa ab illorum iudicio, vigili malignitate; quia contra legem, legem dicabant habere. Ille verò cum cauſam iuxta leges libraret, nullam invenit. Inſtabant proceres, velamine legis, ſed verius concepta ex ſumma accuſatione rabie; eò quòd conferentes ſplendorem; coram illo nec ullam auctoritatem muneris habebat auctoritatem. Unde ſi technis ac impoſturiſ conſiſſet cadere; ſine rivali quibant ad votum iactabundè lucere. Per invidiam traditum ab illis Iudex cognovit, ideoque in cauſa ficta nullam invenit. Innocentia tacebat, malitia in aſtum clamabat. Dicam ex Terentio, in Heautont. Act. 4. ſcen. 1. v. 29. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque æquum ſciunt? Melius, peius, proſit, obſtrimbil vident, niſi quod lubet. Prudentia ſeculi, cum politica agendi ratione, non penitus pro tunc mentem iudicis iugulavit; verum alto vulnere iudicii factum percuteſcit; maxime cognofcens neque in reò ad lubitum Actorum, invenire crimen, neque ullam in Actoribus rationem. Pende. Iterum clamabant: Crucifige. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi: Crucifige eum. Minime exponunt maligni cauſam, ſed pœnam. Cauſa cauſa, & iuxta leges præſumitur, ſi modò crucifigatur. Crucifige eum. Dummodò tollatur in ligno vita; quid quod fit cauſa, aut non fit cauſa? Attrahat innocentia poſt mortem: ad minus ſi non crimen, criminis habebit ſpeciem. Homo ita magnus, & Perſes quibant ita delirare, ut ſine cauſa innocentem decreverit crucifigi: Homo in Trono cum dedecore tanto: Abſit cogitari poſſe.

Crucifige. Quid enim mali fecit? Sat; quòd nil fecerit mali. Crucifige. Quid quòd percas, ſi præſentem, quantumvis innoxium perire iubeas? Propter dependentiam aulicæ temeritatem plaudent, aut protegent; ſicet intereunt ut flagitium horribile damnet. Crucifige. Celantur ſæpe ſcelera atque peſtoris malignitas, quantum durat dignitatis maietas: etenim cſi iuris abſit, modò perſiſtat indignæ auctoritatis deformis forma; impone poſſunt perpetrari indigna. Hic ſumus, colorabimus dedecus. Aptè Horatius, 2. Epif. 1. v. 180.

— Valeat eret ludera, ſi noſ Palma negata fugat.

Quod numero plures, virtute & honore minores,

Inducti, hoſtibusque & depugnare parati.

3 Videamus quid iudex iniquus excogitaverit, ut medium iter iſter utroſque teneret, quaſi ſine præiudicio, in graviore noeuimento. Semper grave ſine lege: ſed gravius, ſine ratione, nec iuræ. Ita Publ. Syrus in Mimis. n. 129.

Grave præiudicium eſt, quod iudicium non habet.

Innocentiam Ieſu Pilatus cognovit, ſed flagellari iuſſit, ut accuſantium truculentia quieſceret. Nullam cauſam inveni in homine iſto, ex his in quibus cum accuſaſſet. Emendatum ergo illum dimittam. Corripiam ergo illum. Iudex hic improbè prævaricatur. Qua lege ſine cauſa flagella? Quid corrigendum, ubi non eſt cauſa? Nequit rectum eſſe correſtum; quia quod ſine errore, minime corrigibile. Si nullum proſiteris, quid flagris corriges? Sine cauſa, non correctio: quæ correctio ſine cauſa: iudicium iudicis, ut legibus addiceretur flagellis; equidem parvi ducit, quòd vapulæ innocentia, modò magnatum obtruncatur gratia. Luſum vel iniuſtum tantum libido potentum. Mutatum iudicium, ut nullum eſſet, cum ut ſummum demonſtrare voluiſſet. Homo cum in honore eſſet, non intellexit: illi vota accuſantium primùm ſcandalum, poſtea in ore ſuo com placuerunt.

Quod cupide petijt, mature pleni reliquit: Quid placet, aut odio eſt, quod non mutabile credas?

Succinit Horatius, d. v. 100. Ergo in noſtrum Didascalie propoſitum. Cur ergo dum ſine crimine, nec ad ſupplicium emendari decerit; non alijs pœnis premi, ſed flagellari iuſſit? Ut conſtet ſine iure & ratione, quanta iudicij abſurditas in prava

Horat.

P. Syr. Luc. 23. à 14.

Favos malignitatis ſub ſtulo correctionis

Horat.

Tornn. 19. 1.

temeritate: etenim cum criminum poena, criminum sine medicamina, ut caret respicientiaz verbera sonant iudicium, quando sine causa ex abrupto, ac lubito temerarium. Applicantar enim parti non exgrae, quae per legem flagitiorum medicina: dicunturque medicinae flagella, quippequam sine causa, non medicina sed vulnera. Nequit sanari, quod caret lesione. Nequit quod integrum restaurari. Insania est curare valentes, ut contigit verberibus Salvatoris: equidem cum sine causa ac iustitia, poena ut medicina, poena, & insanabilis plaga: sicte reum, sententia iudicis criminolium; haud dimittet correctum, sed correptum, non respicientem, sed plagatum. Non enim dolet de crimine, sed de verberere. Non sanatur, sed percussit: nec ex tanto scandalo, & temerario iudicio, ullos dolor de criminibus, sed de vulneribus. De quibus ergo vulneribus? Ex quibus sanguis? Quorum comites viabices? Sane minoris doloris. Punctus fuit honor, dum sine causa supplicium, quippequam ex verberibus designabatur peccatum. Crimina non erant: esse, flagella indicabant: unde in correctionem iudex non habens speciem, percussit damnati honorem; quoniam videbant clarè dedecoris notam, qui nesciebant iuxta leges in causa non fuisse causam. Hoc est cum causa esset dementia, & dignitatis audacia: igitur quem iudex iure consulto etiam fontis correctionis: debet propensius fludere famae: quae quidem, quantumvis sine causa, integra non haberet, dum dirius corpore à iudice flagellatur.

Supplicia sine criminine, ut dicome sine vulnerere.

Tunc iudex pbr necit.

Claud. de Bell. Gildon. No. 41. Maior innocencie in uria, dum hoc auctor effusione clementia.

ceret. Ut patereclet iusticia decretum, malevolentie iudicium, & embolij & embolij auctoratis, sententia iniqua iuxta tenorem integerrime legis: equidem non fat eius pravitati, quod penis & penis premeretur vira, ni foras etiam technis & technis laceraret fama. Occurrit eius in articulo facinus, ut cognoscatur perverti cordis intuitus. Titulo correctionis, ut divinis, apprehendit Pilatus lesam, & flagellavit: quo facto, dixit xanulis criminantibus: *Ecco adduco eum foras, ut cognoscatis quia nullam inveni in eo causam.* Cur ergo coram adversariis adducit, quem flagellatum dimittere voluit? Perperam caute iudicium ex suffragijs accusantium, quod sibat in praedictum; ut non solum deformaretur corporis decor, sed iugularetur honor: equidem iudicis ex cogitavit malignitas, ut innocenti infamia, vel sine causa egrederet foras. Hos habet exitus correctionis colore, medicina sine vulnerere. Ubi non invenit, facit; quippequam pectoris vomica, quod elucet cataplasma: paulatim ingerens mortem, quia non invenit vilam criminis speciem: etenim quem sine causa iudex impius (ob improborum accusantium obsequium) iussit dire flagellari; contrixit, in cruce mori. Plagis nequaquam sanavit, sed interfecit. Dolos fuit extremus, applicata medicina, quod non doluit, quod sepe sepe accidit imprudenti iudici, sub correctiois velamine: quandoquidem non solum plaga, sed mors & ignominiosa: quae videtur medicina. Interdum confert, interdum fugat medicina salutem. Medicina non erit, quae laeso nocet.

In iano: curie p. usque unius, fama do. iei.

Ioann. 19. 4.

In quam livor ir. ruit.

Qui exer. citum subdito. rum, & flagellum

2. Cor. 1. 14

Publ. Syr.

Alus, no. fit à iudice cogitatus.

Lucan.

Ovid.

Gregor. Magn. Injustis improbi Superiorii.

Mala medicina, ubi aliquid perit. Succitoid. Publ. Syrus, n. 127. Non est medicina quae mala: sed erit prior, ubi non est languor: etenim reicte ratio, animus, & qui non crudelis medicus quippe nequaquam medicina sed virus. Medicina nequam opus, effrenes humores corrigere, venena expungere, carcinoma vulnerare; verum nequaquam medicina nocere. Ovid. 1. de Remed. v. 297. *Oprimus ille fuit vindex, ledentia postus Vincula qui rupit, dedoluitque semel.* 5. Zelus multoties dicitur, & in Reitoribus à zelo longissimè est animus: quae de causa cum alieno à charitate proposito, vacui ridentur apparatus sine fructu. Suggillat Gregor. Magn. Pastoral. p. 2. cap. 8. *Reitores (inquit) subditos, quos nihil contra se valere conspiciunt, hos nimirum in asperitate rigida semper invectionis pra-*

premunt: namquam elementer admovent: sed pastoralis mansuetudinis obtici, iure dominationis terrent. *Lacrauer erga subditos se erigunt: nec quid agere debeant, sed quid valeant, attendunt. Nihil de subsequenti iudicio metunt; qui improbe de temporalis potestate gloriantur. Libert illis, ut licenter & illicita faciant, & quod subditorum nemo contradicat.* Hinc saepe velamen correctionis, quin intersint iura criminis, nisi tantum corrigenis: quandoquidem sub iugulo potentis & impotentis odij, subditi qui boni, tracti a teriti focio rigore, comite austeritate, aqua brevi, pane angustia, quasi qui ignoti & cogniti, lacerata ac protracta auctoritate, per infamiam & bonam famam, per ignobilem imposturam & gloriam, tamquam seductores & veraces, quali castigati, sed non mortificati, quasi tristes semper autem gaudentes, nemini dantes ullam offensionem; totum correctum erga correctores crimen, obolare vivere illeges iuxta totam corruptelae libertatem. Hac de causa Dux atque Doctor Monachorum SS. Benedictus, Regal. Sanct. cap. 1. ait: *Fortissimum genus: forte sanè, atque divina virtute, ubi ut inquit Doctor Gentium: Libenter sufferis insipientes, cum sis ipse sapiens. Subvenis enim si quis vos in servitute redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cadit. Hæc officia fortitudinis: pati, premi, atque suppressi virtutes; ne vivant; ne floreat, nec transeat iniquitates. Tu murus aeneus esto, ne repat prævaricatio: imò intendis figi malos mores, quò illi subdole ob saltum fixerunt leges: etenim in probos invchi, Reitoribus deformatis fuit solemne; ut contra se nullam iudex inveniat fidem, dum videt vel in virtute laceram ex oppressionis sine fide auctoritatem. Pavidos potestate terrent, verum impavidos torrent. Lucan. Pharsal. lib. 1. à v. 666. designat potentum astum, ut sint leges in ludicrium. Imminet armorum rabies, ferrique potestas Confundet ius omne manus: celeriq; nefando Nomen erit virtus: multosq; erit in annos Hic furor.*

Insipienter & nequiter conversari. Inautiliter sese gerunt, quia non sobriè: insipienter, quia non piè; & nequiter, quia non iuste: & ut obtineatur motum deviantium correctio, vel labantium reintegratio: Sobrie, & iuste & piè vivamus in hoc saeculo. Siccinè beate expectatur, & qui aberrabat, convertitur: aliter errantium durefcit cor, & ad bonum nec spes. Venientes venient cum exultatione: dicit nostra Tautologia. Quis igitur ad correctionem non venit veniendo? Quisquis venerit, & non venerit cum gaudio: etenim cum gaudium procedat ex correctionis modo; sine modo, ubi venientes veniunt, nequaquam veniunt, sed fugiunt. Dicit Pfalter Regius. Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt: & qui iuxta me erant de longe steterunt. Agit perlonam desipientis, in turbulentia impudentis correctionis: etenim summa ingeritur veordia, quotiescumque micaverit correctionis imprudentia. Cum magna delinquimus subdit Bernard. serm. 45. d. num. 3. vix serinus reprehendi. Quid si fit infimulatio, vel carpens (est non fallit) declinaverit à modo? Adducet errantes? Frugi venient transgressores?

Tit. 12.

Pf. 127. 6.

Profridi in correptione in oct. m. d. rati. si grata correctio. Pf. 17. à 11.

Bernard.

Horati. d. à v. 118.

Vertere modum formidine sustis? Hic error tamen, & levis insania. Nulla conversio, cui convertatur corpus, ubi immobis animus in progressu. Recedunt enim presentes iudici, si cor longè equidem cum absint immoderato regimine; violenter ducti, non ducti: quandoquidem ita præ desipientia amaritudines urgent; ut qui sedebant iuxta de longè steterint; quippequam non audierunt correctionem ad charitatis amulsum, sed parthessalicae potestatis impunem, & de bacchantis furentem: quo quidem procax fronte aperta audebat loqui, cognoscens præ reverentia illicium responderi: quod utique si accidisset, delectaretur malicia; igitur ad correctionem iam erat causa: qua totam vomica è pectore expelleret, cum sine causa ficitia correctione reprehendisset.

Et pessimè malevolon qua veni: si ne causa mortifica re subditum.

7 Patet, quare amici & proximi appropinquaverunt & steterunt. Unde ergo steterunt, si appropinquaverunt? In correctione ex abrupto sine modo, nec iudicio, elucet cerebri prævaricatio: quamvis quid esset, dignum amputandi: atque zelo legis radicibus evellendi. Suapte qui peccaverant, intrinsecus confunduntur. Pro confusione, satis peccasse, Moderatione

Bernard. super fratres non solum inuiciter, sed Tom. VII. Taut.

Mmmmm Viss.

Dum si-
blivitas
horitas
conclia
tur, iudi-
brio ba-
bitur.

Euripid

Mali au-
dit Pro-
latus pro-
cax.

Maluéd

visà, in respicientiam veniant: exulce-
rante correctione, resiliunt; etenim non
audiant confusionem propter crimen, sed
dumtaxat crimen propter confusionem.
Unde cum deficiat in medico charitas, &
ferè in excessu haud cognoscatur infirmi-
tas; totum suspensus auribus ex pondere
libramentum, corrigentis corrigibilis &
dignitatis iudicium: igitur si in illo perit
auctoratus honor; in illis etiam qui resta-
bat pudor. Methodus in relationem sequi-
tur methodum: & animus animum. Dicit
Euripid. in *Andromach.* v. 738. *Præfens apud præfentes,
Modestia modestiam experietur: Iratus
verò sentiet iratos.*
Primum signat ob benevolentiam, man-
suetudinem & gratiam, inter præfentes
præfentiam: igitur hæcine pendet ab af-
fectu, non à vultu. Modestia responder
modestie: impudentia sanè, si modestia
non responder. Repagula profectò vene-
rationis rupit: qui in munere fracta inve-
nit. Iratus etiam sentiet iratos. Non tra-
het. Sine correctione corripit, prorians
animos, & exulcerans vulnus in fastidium:
siquidem movet stomachum; quòd inve-
recundus sine fronte (quia jurisdictionem
habet) evomat facie quicquid in bacem
venerit. Quod debet ratione ducere, di-
git austeritate; factò gravi ex levi vulnere,
& extruens separationem, sollicitans so-
licitatem: equidem perperam tolerabunt
vulnerati, quem ferre nequeunt amici.
Amici appropinquarunt, sed steterunt. Re-
vocavit contus accedendi, faciem videre
in throno sine pudore: steti que confide-
rat'o, ne sese exponeret præcipitio; ete-
nim sine reflexione omninò periculosum,
accedere ad amicissimam ex potestate
phreneticum.
8 *Appropinquaverunt & steterunt.*
Steterunt quasi attoniti ex visis, infalsis
tumidis ex abusu potestatis: igitur pruden-
tes reddi attonitos, videre spiritus ita
audaces & elatos; ut nihil sub censura non
andeant, modò Superiores in offentatio-
nem sedeat: non enim ita blaterant ex
cognitionis indice, sed ut cognoscant Su-
periores esse; per odibilem ignominiosam
audaciam, altissimam sine mente aucupantes
excellentiam. *Steterunt*, Maluend.
Præ horrore. Illos fugit inverecundè pu-
dor, & etiam in amicis est horror: etenim
horret ratio, ita Superiorem sine cerebro;
ut explicet se gratulatione furiosum, ubi
inferitur in medicum. *Steterunt*. Idem:
Subducti à plaga. Aversis steterunt, eò

quod morbus contagiosus. Sanè à plaga,
quia qui medicus indiget medicina: & ni
confoveatur cranium, erit otiosum elle-
borum. A plaga steterunt vel intimores,
ne ferperet, formidantes; ut simul agi
iacerent peste involuti, quia proximi: &
ubi tamquam amici accedere cogitarunt,
prudētissimè steterunt; ne ex correctio-
ne magnificè expectantes iuxta regulam
iudicium; in Superioris leprosi mundi in-
venirent contagium. Contagium? Uti que.
Ex ipsa corporis forma, pectoris innotescit
corruptela. Contagium, lethale virus:
quodam igitur mains, quam indigna Su-
periori potestas, in subditorum ad lubium
ignominias: Infatuatum acrimonia ex pi-
pere totum sal, Cor eorum vanum est.
9 Longè patet exitus à corrigentis in-
tentione, pellundata suavitate, simulque
malevolentia sine freno florente. Calor
totius correctionis quoad speciem, ut er-
rantes in viam venirent, deserentes erro-
rem. Hinc ficta religionis deformatio,
legum consulsio, abdicta reverentia, vul-
nerata observantia, mores suspecti: & quid
inde? Quodcumque vel in somnis cogi-
tabile, undecumque corrigibile, corpore
cupiditatis, umbris imaginationis;
quorum veritatis speculum dumtaxat in
pectore corrigentis, ut obijceretur forma,
quia defecerat materia: & nisi fi-
ctum, exstans infernali flammà cor-
minime vomeret zelum. Non cognosce-
retur medicus, nisi fingeretur infirmus;
nec vitilaret cerebri pertusi in potellata
fama, nisi aliorum ignominia. Ita
in mentem veniunt? Ita fugiunt. Dicit
textus *Adversum me appropinquaverunt
& steterunt. Hæbræus: Pugnarunt.* Non
venerunt, ut vulnera ex correctione sana-
rent, sed ut inferrent. Iratus sentit iratos.
Non ad Præsidem venerunt, sed adversus.
Quam cum iudicio, vel audissent, vel ac-
cepissent propriam, vel alienam correctio-
nem; pugnantem commutarunt in certam-
nem: & subditi? Et morigeri? Uti que.
Non sunt medicati, sed medicina sine vul-
nere percusi: dolentesque pugnant, qui
non ægorant; quippe defectu moderatio-
nis, vacuitate medicaminis (quod sine
causa applicuerat externata potestas) quas
non habebant invenerunt plagas. Subtilis-
sima occurrit Gloriosi Patris Benedicti
phrasia. *Non dicimus* (ait d. cap. 64.) *ut
permittat nutrivi vitia; sed prudentem &
cum charitate ea amputet, prout viderit
cuique expedire. Noverit se infirmarum
curam suscepisse animarum; non super san-*

Insolen-
tia peffi-
sira, ex
mente va-
na &
phreneti-
ca.

Ut vult
rare va-
leat, cri-
mina so-
mnat.

S. Bened

Et bono
tyranicè
gravat.

Tacit.
Quon-
vis sit
causa,
corrigen-
da pruden-
tia.

Plin.

Plaut.

Senec.
Præfatis
turbulen-
tia, inter-
na indi-
catur vo-
mica.

nas tyrannidem. *Ibid. cap. 27.* Haud apo-
dolis videtur commoda, in designata ar-
ticulo medicina. Si anima infirma indiget
medicamine, & non valentes; quid ad
valentes pro pharmaco jugum tyrannidis?
Dicat, super nullam plagam, nullam ap-
plicandam medicinam; sicut propter vul-
nus, debet studere medicus. Quorsum ita-
que tyrannis? Ut coerceantur impetus
Præsidis in colore correctionis: siquidem
carpens, ubi nullum crimen, zelum ne-
quaquam exercet, sed tyrannidem. Per-
cutit medicamine quod valet, premit quod
floreit, faciat quod viger, traducens in
xenodochium valentes, ex claustrò inter-
gerrimæ salutis: patetque molesta dirà ty-
rannis (sine causa, sine vulnere applicatà
medicina) quòd d subditus ad fatui, deliri
Præsidis lubitum, se velit, nolite, debeat
publicare leprosum; & malevolus credat,
quia Præfes dixerat.
10 Non sic fobriè, sed nequiter cor-
rigitur, quippe sine causa, nequiter. Est
sic causa, moderamen debet tenere vel
ministrare prudentia. Haud imitandi
Germani, de quibus Tacitus, *cap. 13. Ni-
hil neque publica, neque privata rei, nisi
armati agunt.* Non altruit nec mentem sa-
nam, ne pectus, ad manum nonnumquam
gladius. Si tacite educitur, tot scibus he-
betur. Præfes aptius utitur rationis acie,
quam acunine teli: igitur rationales sem-
per duccendi ratione. Non ita facilis mo-
rum correctio; quòd non arte, astu, in-
genio indigest; & modo. *Nec demonstranda
remedia* (ait Plin. lib. 21. cap. 31.) *quo-
rum medicina maioris mali periculum af-
ferat.* Quid quòd apponatur præsentissi-
mum planè remedium, ubi incipit & desi-
nit in delirium?
*Insipientia est, sic iram in promptu genere.
Quanto satius est, adire blandis verbis.*
*Est bonus animus in mala re, dimidium
sit mali.*
Ait Plautus in *Pseudol.* Act. 1. scen. 5.
v. 33. *Futilis bonus animus, si malum
opus. Satius, non esse malum, quam di-
midium. Habet iracundia hoc mali* (infit
Seneca, 1. de Ira, cap. 16.) *non vult re-
gi. Glamore & tumu tu & totius corporis
inflatione, quos destinavit insquitur,
adictis convicijs maledictisque. Hoc non
facit ratio: sed si ita opus est, silens quie-
taque non frendens, nec caput quassans,
nec quicquam indocorum iudici faciens;
cuius tum maxime placidus esse debes, &
in statu vultus, cum magis pronunciat.
Aliquid intus pungit, quod pudor tegit.*
Tom. VII. Taut.

Opus est sobrietate, pectoris moderatio-
ne: equidem cum non appareat unde tanta
procolla, & verba gravida & diffonas
præcogitatur, haud oriri ex argumento
crimini, sed ex occulto vulnere & vomica
læsi cordis.
11 De Iudice summo dicitur: *Iustitia
& iudicium correctio sedis eius.* Elucet ni-
mis in throno maiestatis commendatio,
dum præsentia sedentis morum correctio.
Hæc intenditur sæpe in iudicis munere:
at sententia ad correctionem, iustitia de-
bet fulcristi, ut qui deliquit compungatur
corde: quandoquidem nihil reprehendit,
qui carpit iniuste. Crepat non increpat,
dum sanitate sanciat; & amarulentiam in-
dicat, & simul rumpitur, quia præter cogi-
tatam, succi quicquam non habetur.
Unde in conciliatione evanescit auctori-
tas, eò quòd dumtaxat in vanitates, &
insanas falsas. Iustitia constat: ex iudicio
causæ ex examine: iustitiæque iudicium
adhæret, ubi in fede qui iudex crimina
corripit; ut quisquis foverit crimi-
nem, moveatur in compunctionem: ete-
nim correctione puncti, compuncti frugi
adducuntur poenitentia; dum sententia
profertur examinata iustitia. Nonnullis
faciè videtur, sufficere veritatem in cor-
rectionem; & modus deformat, quod ius-
titiæ veritate ad iudicium insituerat. To-
ta forma deficit, si modus non invenitur:
iudiciumque iustitiæ ad correctionem so-
ciatur; quippe vel cum iustitiæ correctio
non est correctio sine iudicio. *Increpa in
omni patientia & doctrina.* Scientia profectò
ad increpationem cum patientia est
necessaria: etenim quantumvis zelus dicitur,
propositum iustum esse, in iudicio ac ver-
itate; haudquaquam sapit, sed desipit,
qui impatienter pro correctionis increpaverit.
Opportunè Cæol. Rhodiginus. *Nihil
referre arbitramur* (inquit, lib. 16. cap. 24.) *quam honesta causa quis insan-
nat.* Sobriè ergo agendum, ut quid agatur,
Ni cum prudentia, quicquid actum,
amittitur. Et si recta faciat amens, non dicitur
prudens. Quid prudens, si desipit? Quid si
insaniam ex honestate, si insanit? Sunt pectora
sine vulnere, quiete, blandè, modo & tempore.
Ovid. 2. de Remed. ver. 253.
*Sed meliøre fide paulatim extinguatur
ignis.*
Quam subidò: lentè desine, sutus eris.
12 Non solum modus desideratur in
iudicis sobrietate, sed etiam in iure. *Iusti-
tia Domini restat dicantur.* Quidam restat,
Mamm 2, si

Pl. 6. a

Ut obi-
neatur
corre-
tio, mo-
diu neces-
sario est
iustitia
& cum
iudicio.

2. Tim.
4. 2.

Cæol.
Rhodi-
gin.

Ovid.

Pl. 1. 8. 9

si iustitia? Exprimitur modus iudicis, ne impudenter procedat in medicamina criminis: igitur exule correctionis forma, potest esse iustitia, sed non recta; quippequam ex medicamine plaga quandoque gravis, ob defectum rectitudinis. Qui custodierint iusta iuste, iustificabuntur. Videtur aliquibus in correctione criminum vel non criminum iustificari, decernentes iusta exequi; sed falluntur, quoniam quae iusta non iuste: igitur per intentionis pravitatem, actio quae iusta perdit iustificationem. Quae iusta, iuste custodienda, ut recta clareat iustitia: igitur quod ex lege iure rectum; quasi opposita entitatis, ex defectu rectitudinis. Latet affectus, qui uti talis non cognoscitur, & lex vocatur: Iudexque quia in lege & ex lege habet colorem, & nequaquam rectitudinem; dum lege procedit prave, excandescit contra legem: plectereque conatur qui debet plecti; igitur quae legibus iusta, fas est iuste custodiri. Legum praesidio (inquit Seneca, 4. Benef. cap. 28.) qui plurimum in illas peccaverunt, proteguntur. In lege & cum lege peccatum, quia iudicis adversus legem propositum, quo iustitiae minime rectae, nec iusta iuste: quandoquidem ingenium malignitatis, in legem adorari futili colore legis.

Sapient. 6. 11. Nil rella, mi re si fiant.

Senec.

Eclli 32. a 19 Et iudicium vnum suum iudicio.

Suspiciosa sententia, si lex quaeritur pro causa.

dis molimen ex velo legis cognoscitur: igitur cunctis scandalum, quod illi videbatur integerrimum iudicium. Caspit in iure plano, quo disponit officicula cordis malitiosa intentio, protecto a lege praevaricatoris; quia conamen occultum legis specie: verum intentione nudata, cum scandalo patet iustitia iniustitia; quod iuris, iuris opprobrium; & iudicium, praedictum, ac iudex lege repletur; siquidem qui legis velamine damnat, ab ipsa lege damnatur: & dum quaeruntur iuxta leges fines & causae; quae leges in leges ostenduntur insidia.

14 Pende Pauli tractum, atque iudicis iudicium, data sententia, priusquam audiretur causa: igitur prius percussus, dehonorus & despectus, quam auditus. Accessit ad tribunal, & ut accessit, qui iudex percussus iussit. An ex lege? unde? Dicit Seneca, 1. de Clemm. cap. 25. Tunc ille dirus animi morbus ad insaniam pervenit ultimam, cum crudelitas versa est in voluptatem. Paulus haud deliquit: & iudex percussit? Non egebat medicina Doctor Gentium; sed qui munere iudicis occupabat thronum: etenim propius iustitiae adornatam formam, morbus iudicis pervenit usque ad insaniam. Paulus apparuit: iudex statim percussit: prius sanus percussisset, si prius videret: tunc virus est putrido pectore, quippe habuit fuit potestare: & ante causam protulit cordis sententiam; quia caute aversus praecaluit, ne visâ causa iurisdictionem fugisset. Simulataque in thronum ascendit, quod prius non valuit, percutere iussit. Patuit odium quod eclaverat, quoniam nocere non poterat; eiaculao veneno, ubi valuit officio: igitur perversi optant & obtinent dignitatem, dumtaxat in humilium subditorum percussione. Iudicas me (ei dixit Paulus) secundum legem; & contra legem iubes me percussit? Quae lex? Hic Paulus opponit legem legi, quae prius fracta à malevolis iudice. Antequam reus audiretur, in eum proferte sententiam; iudicij & iuris quia contra legem deturbat formam. Unde ergo lex, ut Pauli conceptum crimen iudicetur iuxta legem? Iuxta legem, ut iuste fiat, causa, & non aliter, constat. Iuxta legem iudicij congruit efformari iudicium, ne sit potestatis, vel affectationis prolium; quo iustitia dispalescit infania; & crimen, quae contra crimen: damnataque innocentia, invisâ causa, lex signatur contra legem, ius in ius, cum in legem non fit lex; quippequam tunc non fuit ad vulnus, iu-

Senec.

Actora 23. 2.

Verf. 32

Ex malevolis sententia, si audiora insana.

iu-

iudicium inviolabilis legis; sed iudicium malignum futentis iudicis. Iusta quae illi videbatur sententia, iuxta legem erat auctorata infania, fota furore, quippe causa florata. Non est ista sibi & sincera felicitas (inquit Stoicus, de Provid. cap. ult.) dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi; nitent & imponunt: cum aliquid incidit quod disturbet, ac delegatis tunc apparet, quantum alta ac vera fedtatis alienus splendor absconderit. Intimam sollicitant ultionem, quarentes legem. Instruunt vindictam, legibus fatis ornantes sententiam; & offendant ignominiam: equidem ad lubitum debacchantes in plantis, cuncti cognoscunt in tribunali deliros: & ut accinit Seneca in Hercol. furent. v. 399.

Senec.

Idem.

Nec omnia in dicit, nec omnia correpta.

Gregor. Magn.

S. Benedict.

Tertul.

Fama in terditum induita, accit parva.

urgente praescripta lege, in litis sententia deficeret a pietate. Mentita est iniquitas sibi. Damnavit & abolvit: cum iustitia & pietate iudicavit. Remanuit lex, & mulier in medio stans: quam quidem abolvens, addictus legi, condemnavit, sed pie quippequam quam morte potuit, pudore suffudit. In femina, suffecta pro morte illius criminis absolutio: etenim coram populo satis terribile supplicium, crimen occultum in ipsa venia ac indultu manifestum. Supplicium adhibendum in correctione criminis. In protervos propendet tota severitas legis. Multis ter crimen cognovit, praenituit iudex sine supplicio minime absolvit: ceterum cum pietate; quia crimen diluit delinquentis pudore. Dum absolvit, ad meliora convertit; ut viveret in pace, quae vivebat ruina. Si damaret, tolleret. Indulgentia etiam suffulit: equidem cum correctio non in mortem transgressoris, sed in mortem criminis; per pietatis supplicium, & illam convertit & ablegavit scandalum. Quorsum ergo, iudices, viscera amarulenta & pectora saeva? Audiant hoc Pralati (inquit Bernard. in Canonic. term. 23. n. 3.) qui sibi commissis, semper volunt esse formidari, uti iustitiam raro. Erudimini, qui iudicatis terram. Disceat subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete, magis amari quam metui: estis interdum veritate opus est; paterna sit, non tyrannica. Matres fovendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, non te feritatem: suspendite verbera, producite ubera: praeterea lacte pinguescant non typhourgeant. Quid Praefes statua horrida? Quoniam inde reverentia? Haec sane crudelitatis venustas, ipsa deformitas. Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli, Visceribus miserorum, & sanguine vestitur atro.

Ioann. 8. 11.

Frustra in correctione delicti, si sanatur peccator.

Bernard.

Virgil. Bucid. v. 620.

— Dij talem terris advertite pestem.

DIDASCALIA VIII.

Apud improbos semper male audit, qui ad leges premit.

HAUD facile cunctis placere quibit, qui cunctos in honore praecellit: etenim nonnumquam officium satis ad odium.

in.

Senec.

Inuisa nonnunquam imperia retinentur. Odiā qui timet, regnare nescit.

Accinit Seneca in *Oedip.* v. 703. & *Thebaid.* v. 660. Origo aversionis nascitur ex invidia, quippe indignos fugit maiestatis excellentia; quasi animē hęc oriretur ex meritis, sed à forte, seu inlantia fortunę, pro lubito debacchantis: igitur qui invite, sed iurē subduunt, eisdē ad munia inhabiles inveniuntur; eō quod obediunt, superiores dotibus, eminentibus se iudicant, & regere posse mundum, quin habeant cerebrum. Quęlibet regiminis providentia odijs patet obnoxia, quia minime geritur, uti subdito placet, sed uti legitur congruit: & qui se sequitur, non sequitur præscriptam communi commodō legem; sed in vita sine lege commodam & libertatem: tantā malignitate, veneno maledicentia; ut etiam carperent, si opposita fierent. *Causas honestas habent* (ait Stoicus, 3. de Ira, cap. 28.) tamen non agnosimus illi faciētib; quod nisi facerent impropereamus: imō, quod est incredibile, *sape de factō bene existimamus, de faciente malē.* De factō male dicendum, quia factum; & etiam detraheretur, si fieret oppositum: haud aliā de causa (ni fallor) nisi quia ipsi non fecerint, vel maxime quia ipsi facere non possint; cum se videant, quippe subditi, nil ut vellent posse facere. Salustius ad *Caesar.* de *Ordin. Reipubl.* aliam exprimit causam, ut simul amica odium & imperium. Nullus (inquit) alteri sponte sua concedit imperium. Nemo volens servit; quamvis bonus atque clemens sit, qui plus potest. Peccare timet, & libertatem querit, unde potens formidatur. Ita Ovidius, 3. *Trist.* Eleg. 4. v. 20.

Idem.

Quem metuit, quisque perire cupit. Vide plura & selecta apud Petrarcham lib. 2. de *Remed. utriusq. fortun.* Dialog. 83. 2. Hinc circumspicere debet haberi in qualibet actione Prælati; quippe à vigilibus, sæpe malevolis, quoquo modo notanda, nudanda, extricanda, volvenda; donec rectē vel distortē in lucem exeat, quicquid subditus cogitat. *Vita Principis censura, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur.* Plinius Junior ita in *Treatat. Panegy.* sed cum discrimine. Boni sequuntur in imitationem causam; pravi tantum habent vitam ad censuram. Innuat amico Principi Seneca, *Epist.* 43. *Tu nunc in provincia, licet contemnas ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodum censes, quemadmodum dormias,*

Sa-lustius.

Quid.

Plini.

Senec.

queritur, & scitur. Eō tibi diligentius vitandum est. Utique. Male fertur aliena potestas, nec in bonum ad hæc minuta subditorum curiositas. Haudquaquam esent ita curiosi, si maligne non enim quærent sollicitē in actis virtutis imitabilem formam; sed acta, ut torquæantur in censuram. Sanē huiusmodi odia patent inevitabilia, verum ubi sine causa, sunt penitus fastidiosa: etenim grave prudenti, si iudicium, quod non vivitur, ut vivitur; sed ut à malignis otio turpi cogitur. Hic intuitus Phocionis (ut in eo ait Plutarch. de Chrystippo ex Erasmo, diximus *Tom.* 4. T. 4. D. 6. n. 6.) ut se retraheret a rebus publicis. *Dicebat enim sibi incommodo fore imperium, sive bene, sive male moderare civem. Nolebat inuisus vivere, quod necessarium. Si enim esset malus, male audiretur apud bonos: sin verò bonus, malè audiretur apud malos.* Quietē quasi in otio vivere cupiebat, & cum habens tantā molis è regimine nequibat. Summum arbitrabatur gravamen, vivere iuxta alienam æliminationem; cum tegentis vita esset censura & perpetua. Honor perfert onus: sed ita grave, quia honorem perfert; ut quæ bona non laudentur, & cuncta mala (quia præstet) sine delectu tribuantur. *Vernaculè: En siendo Prelado, se le ba de echar la culpa de todo.*

3. Acumen est Tertulliani, de *Animas*, cap. 40. *Sensus delictorum* (inquit) etiam sine effectibus, imputari solent anime. *Quale est, ut cui nec bona documenta subscribas, ei crimina adpingas? Gravior invidia est in Præsidentem, cum officia pulsantur. Plus caditur qui tubet, quando nec qui obsequitur, excusatur.* En operationes subditorum sed rebellium, ex concupiscentia sensuum, excutientium animæ iugum, & dominari volentium. Pugnax sensualitate caro adversus præsidem animam, delectabilia contra legem appetit, & anima penas luit. Hoc continuum inter Superiorem & inferiores certamen: Unde gravior indignatio in animam Præsidentem: Præses est. Modò error sit (sequētib; subditis sensualitatis factionem) tota procella & illuvies detonabit super Præsidentem. Hęc est conditio principatus, etiam peccantibus inferioribus. Haud plestantur Achivi, quicquid delirant Reges: solvunt cruciarius Reges, quicquid delirant Achivi. Dant ergo penas per subditorum dementia. Corpus, quod corumpitur, aggravat animam. Si fortius utitur toris, non regimen dicitur, sed tyr-

Platarch. Quare regimine formidabile

Tertullii

Tribulatur vitio Præsidi, quod de hoc Sabo dicit.

Albinov ad Liv. v. 351.

Gregor Magn.

S Bened

Bernard

Senec.

Præ subditi semper querunt.

rannis. Si aliquomodo laxat, fortius concupiscentia rebellat. Si resistit, palam pugna: si consentit, palam pena. Hicne superioritatis honor? Vel gigantes premit labor. Cognoscitur per cruciamina, quam molesta præsentia. Quicquid evenerit, ad Præsidentem quilibet audacter oculis tollit.

Ad te oculos anresque trahis: tua facta notamus.

Nec vox missa potest principis ore regi. Alta mane, supraque tuos exurgit dolores, Infragilemque animum, quod potes usque, tene.

4. Facile est imperium in bonos. Quomodo ergo inter averseos & dytcolos? *Potestas regiminis ministerari non potest sine studio:* inquit Gregor. Magn. lib. 25. in *Iob.* cap. 16. Non lege, sed arte? utique: quod huic uti salutarem amicisimè aridet; alteri, dum officium facit, officit. Hinc arte opus; ut ad unum singulorum concilietur animus. *Sciat* (inquit Monachorum Pater Theodidactus, *Regul. Sancti.* cap. 2.) *quam difficilem & arduam rem suscipit, regere animas, & multorum servare moribus.* Eget itaque Præses arte & ingenio, ut habitare faciat unanimes in domo: alius si lentè, si festinè; si placidè, si severè; si patienter, si audacter; si comiter, si acriter; si altius, si depressius; quod fieri necesse, iniunguntur ministeria; patent, eisdè lateant, versa corda, & in circuitu eius tempestas valida. *Pauci admodum sunt* (profert Bernard. in *Cantic.* term. 77. n. 1.) *qui non que sua sunt quarant, ex omnibus charis eius. Diligent munerā.* Qui promptius obediunt, prius se respiciunt, & sibi consulunt: igitur si evanescent concepta, mutantur cogitationes erga Præsidentem & corda. Averunt se, nequaquam servantes pactum, imò in arcum pravum facillimè convertuntur: quin Prælatum intelligat, quousque penas innocentia, seu simplicitatis luat. *Decipitur* (ait Seneca, *Epist.* 8.) *Munera ista fortuna putatis? Insidia sunt. Quisquis nostrum vitam agere vitam vult; quantum plurimum potest, ista viscera beneficia devitet: in quibus hoc quoque miserimi fallimur; habere nos putamus, habemus. In præcipua cursus isto deducit. Huius eminentis vite exitus, cadere est. Hanc sanam & salubrem formam vitæ tenere memento. Videbis seledisima apud Carol. Scribanis, 1. *Medic. Religio.* cap. 14. & 15. Dum placere magis cupiveris, displicebis magis. Cum se quarant, nun-*

quam fatiantur. Queruntur, modò gratia non fiat: quid si suspensuri Mœrent, si non iteratus si non sepe, si non sapienter, si non semper, si non concedantur omnia, quibus detraherent genio malo, si concessa; quoniam modò notatur facilitas, modò accusatur austeritas, quin possit ingenio & arte comprehendere Præses, quo studio sese gerat erga huiusmodi mores; ut de illis cum observantia erga legem, possit tunc reddere iudicatorio rationem. Bugnotius in loc. *Benedict.* cit. *De se, deque suis, quando discussio fiat, iacturamque gregis pastoris adscribere Numen.*

5. Nonnulli fœcine anguntur, sed in castum, insigne est audire malè; cum facias bene. Cuncta spernenda, si in odium non detur causa. Male loquuntur, qui non boni. Bene nesciunt loqui, quia bonum nesciunt. Non possunt malè facere: faciunt, quod possunt: malè de bono loquuntur. Haud huiusmodi toxico læditur Præsidis fama: profertur putrida viscera; nec mirari debet animus, quod dracones habeant virus. Audent, quia timet. Non est ita potentia sicut audacia quæ dum despicitur, frangitur. Haud se ostentant potentes, quia sunt; sed tantum, ut sint. Dominari volunt, Superioris Superiorum esse cupiunt per fas & nefas: ut in illis illius sedeat auctoritas: quæ quidem suæ consulant corruptelæ & voluptati; & possint ad libitum, sicut priorem, consentiente Superiore, vivere sine lege. Horum piscatorum commoda, ex aqua turbida. Aristoph. in *Equitib.* v. 719.

Quicquid si sint stagna, venantur nihil. Qui pace, arantati legibus esuriant.

Adi Erasmo, Roterdam. *Chiliad.* 3. *Centur.* 6. n. 79. Unde iurè Plutarchus, de *Emolument.* ex inimic. in princip. *Plurimum more (ait) qui putorem corporum purridorum stantur (syncerorum & sanorum non habent sensum) morbos morum, vitæque & incommoda excitant. Hęc perunt ofores, hæc adoriuntur & vellunt.* Nonnunquam in bonum Præsidentem aliquid, quoniam bonus, machinantur; & non aliā de causa nisi quia legibus constringuntur, & derogant fame & studentes vindictæ. Accidit quod Cn. Domitio, in Scaturum: Cuius opprimendi, cum summo studio flagraret (inquit Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5. n. 5. & Cicero pro *Detorato*) *Principem civitatis in iudicium populi devocavit; ut si fortuna aspirasset, ruinam:*

Gabriel Bugnot

Sine causa spernenda censura

Relaxationis cupiditas

Aristof.

Vulturius simile

Plutarch.

Valer. Max.

et
maligni-
tate.

Vopisc.

Isidorus
origen

Præfidi
subditus
maius, si
Præfidi
sonat.

Hemel.

Pl. 155
24

in minus, certe ipsa obreclatione, amplissimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuncta in deteriore partem cogitant & recogitant, cuncta, & modicus studiosè vellicant, construunt sibi artificiosè culmen honoris, ex ficto, colorato dedecore Præfidis; eò quod zelo legis ac religionis plenus, non indulget esse malos, & falsò videri bonos.

6. Plausa à cunctis electio Aurelij Probi in Imperatorem, cum ex illo imperium expectaret claritudinem: etenim vel detrectans regimen, quippe callebat tubdiorum indolem; decoratus insignijs, detracta purpura è templo ab statua Iovis. Prudens, sanctus, vercundus, clemens, probus, quasi divino nutu ab omnibus acclamatus (ait Flav. Vopiscus, in eò) dixit: Non enim vobis expedit, Milites, Ego enim vobis blandiri non possum. Expectationi cunctorum munerique præclarissimè respondit, dignitatemque singularibus dotibus illustravit. Sed quid? Ab ipsis electoribus, subditis non subditis, trucidatus est. Ubi amor, & totius imperij delictum? Quare conversus in ferale detestabile odium? Nec unquam passus est peccare militem: subdit idem & Ioann. Hemelar. Tabul. 48. Elegerunt baud virtutum amore, sed ut illo Principe, possent, quia ab illis electus, vivere sine lege: ut potirentur dominatu, & Princeps gauderet titulo: ut quicquid illis libitum, non solùm indulgeret, sed maiestate approbaret: ut vel interveniente causà religionis vivere coniveret tamquam milites; summam arripientes libertatem, & impunes Invitarentur ad crimen; quasi strepitu armorum, minime voces audirentur legum, & taceret conscientia, ne in proprium caput domestica oriretur insupportibilis discordia: & quem, quia nomine, reque elegerunt Probum, turpiter deduxerunt in interitum; etenim non probus illis, qui probus; nec illis uti probus, necessarius. Haudquaquam querunt milites probitatem, sed imperantis & muneris fervitorem. Non blanditum ire, accepta dignitate prædixit, verum non valuit: igitur in odium miles commutavit amorem; quippe nunquam permisit peccare militem. Quid nostra Tautologia? Venientes veniens. Quid novum? Multoties venientes fugiunt. Subditi male morati, dum ad Præfidem veniunt, non veniunt subditi: receduntque venientes, quia cupiunt esse Superiores Superiores. Veniunt cum exultatione: vident audere

integritati: & sine exultatione venientes absunt, præfentes absunt; quippe quam non placet subditis improbis, vivere Superiores iuxta leges.

7. Fractis tabulis primis legis, in Sinai fulminata, alias insit Dominus Moysem præcedere; quippe dedecus indignum; populum Domini vivere sine lege. Factum est, & summo labore Præfidis, ut quæ professi, observarent instituta religionis. Cùmque descenderent de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij; & ignorabat, quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Videntes autem Aaron & filij Israël cornutam Moyse faciem, timuerunt: propè accedere: vocatque ab eo reversi sunt. Cor modè & non pridem Moyse legibus fultit: Præfidis tabulas fregit: minimeque decor Præfidis, vivere legibus fractis. Plura diximus Tomis prioribus: videbis, maxime, 1. Tautolog. 3. D. 6. à n. 9. Uti Præfatus Moyse ex Dei consortio descendit ad subditos, quod muneris onus; quippe in his sape studium corruptelæ, ex absentia etiam necessaria Prælati: ægrèque ab illo fertur observantia legum promulgatio, sine exemplo: quandoquidem dissonum, animi causa hinc inde vagari, & à quibus primus defecerat, observationum relaxationes corrumpere. Viderunt primates cum fratre fulgentem Moyse; & eius fugerunt faciem. Miraculum, quod viderent, vel explorare potuissent: etenim cum carpat præcordia livor; semper invisus Superioris splendor. Fugerunt: etsi gloriosum & spectabilem habeant ob lucem, nolunt ita Superiorem spectabilem: etenim reuunt; quantumvis dotes commendabiles adsint; quòd coram ipso splendere non possint. Hinc viso conciti fugiunt, quia sibi non viderant Superiorem, sed monstrum: horret animus inflatus, dum querit sine splendore vanissimè gloriam, Superioris eminentiam. Non fat huius modestia, ne pruriat vicera, & tabescant mestitia vel fratrum pectora; dum ita geritur Moyse cum subditis, quasi viveret modestissimè inter fratres: etenim modestia proprium non agnoscere splendorem. Longè à subditis (nequaquam probis, sed nequaquam) cogitata tumida in huiusmodi formam. Decebat maximoperè Ierari de Superioris honore, astruente linguis radiorum placido celo, quanta illius Superioris inter illos magnitudo, ut viderant, quamvis rumpantur. Vident, verum con-

venia

Exod. 34:29

70:10

100:7

Præfidi
graciam
n. 2, 5
subditorum
maius

100:11

100:11

100:11

100:11

Præfidi
audedi-
biles, et
amabi-
les

Qui pravi
non
reddunt
Superiores
iuxta leges

fundantur: & ne plus coram illo rubore sustinerent, fatentes gloriam; illo veniente, turpem elegere fugam. Illi visa Moyse facie, timuerunt propè accedere. Sint ergo Præfidis splendor, sed a longè. Quid ergo timent? R. diatam faciem: Oculos fulgor amœnat, minime turbat. Lumina radijs alliscit, non perstragit: ceterum timent, quasi illi illam maiestatem & excellentiam haberent: quandoquidem si forte inveniantur Præfides, facie fulgore radiata; pro lucis radijs cicularentur fulmina. Equivoce apud Nostros: En videns Superior con aliquos luculentos, arrojant rayos. Temeraria fulmita mittunt, & sine splendore. Non est qui terò cominus possit accedere. Vel verbis urunt, qua de causa utuntur verbis. Videntes cornutam Moyse faciem, splendor turbat. Ille ignorabat. Alla Moyse commendatio ad regimen obtinendum, cuius illi timent vulum. Fulgorem in dignitate habuit, quia non querit. Sese cum illis gerebat, quasi non haberet: magnus ex dignitate arque doris splendor: quippe non cognovit, maior: equidem ad commendationem Præfidij inelcti summum in se splendorem nescire, quem vel annali cognoscunt.

8. Accedamus illustro principali. Dum Moyse fulgens ad illos descendit è montis cacumine, tenebat duas tabulas testimonij. Subditi ad quos cum lege veniebat, fulgentem prospexerunt; verum vulum declinare. Quòd trahere debebat, pepulit: quod conciliare familiaritatem, subditos pravo removit (quia pridem ex eius absentia gravati crimine, in vituli adoratione) arbitantes, cogitatione accipite vagabundi, ne forte lege descenderet, ut amoveret idola: tergaque uti fugitivi vertunt, ubi cum illo legem simul respiciunt; quippeque improbi haud re-ais oculis inveniunt Superiorem, habentem in manibus & præ manibus legem. Fugerunt in quod currere debant. Quorsum ergo? Formidabant. Formidabant & Superiorem & legem, quippe arbitrabantur ad illam addringendos per Superiorem. Per illum? Utique: prebebat exemplum. Ex lapide constabant legis tabule, duræ inflexibiles, rigide: timentque quasi austeritatem Superioris; qui leges, estò graves, in exemplum cunctorum, portabat humeris. Invitabat in legis studium, dum subditis refractarijs obsequiosè prebebat exemplum: illique refugium, faciem avertunt, praviorem cordis indicantes, etiam ad conspectum Præfidis: igitur

dura cervice semper averfantur Superiorem; quamvis ad exemplum primas, portet legum gravitatem. Ulterius. Cum illo erat in monte uti subditus, & uti servus, Iosue. Nulla ad illud, ut tabulas portaret, Præfidis audita vox, nec in itinere devio, ut scitem ei serviret humero uno. Insignis Superioris prudentia! Ita splendet, dum florescit observantia. Suaviter itaque legem importat subditus, si prius in exemplum perportaverit Præfatus. Sciebant ex descensu cum primis tabulis, diram eius correctionem mansuetudinis modèque (descendente cum lege, & nimio admirabili splendore) illegales, rebelles, pravi receperunt in abditam præformidant: etenim nequaquam illis placet habere & videre Præfidem; qui non indulget in lege aliquam relaxationem.

9. Hinc ut viderunt, fugerunt. Ex conscientia læsa capta fuga: quam ut Moyse vidit: fugientes vocavit & revocavit. Prius a lege fulminata defecerant, modò Præfidem declinant, quippe à lege declinaverant. Miraculum vilum non tam splendore Superioris, quam ex conversione subditorum ad lata præcepta legis: siquidem miraculum maius, dum illorum pravus genius in prava tendit; quòd Superioris exemplum declinantes prius, ad legem sanctam revocare possent. Reversi sunt. En miraculum. Pravi in proposito semel concepto, tenaciter perseverant: ne cognoscantur (ubi noscuntur) ut pravi, nequaquam sensum immutant. Vocati, perstunt in ipsa criminis malignitate: & dum fluctant corde, splendet singulari (præ iubate Legislatoris) prodigium: quippe amplissimum miraculum, ubi ad insuetudinem, mali, nequam subditi vocantur: quòd ad Superiorem & legem revertentur. Fugerunt. Quid rebelles fecerent, ubi Præfidem sine splendore viderent? Necessarium sane, quòd inter illos fulgeat, qui eligunt ut leges proferat; nec sic idiota, qui legum intruxerit insuetudine: etenim dedecus & irreverentia legum, absque ullo commendabili splendore literarum: imò propudium, leges muneris coruscatione proferre, qui non possit, quamvis velit, intelligere, & aliquando, nec legere: pudetque, legem nescientem, ex dignitate indicare indignè Legislatorem; vel quia dicit, quòd alij dicunt, ut dicat; vel quia dicit quòd ignorat: in quo quidem haudquaquam ostendit muneris gloriam; sed ignominiosam insipientiam & desipientiam. Dicam cum Bernardo, d. Leviora

Nec cum
exemplo
Præfidis
observati-
tis, ad
mittunt
leges.

Miram
quòd ad
bona re-
vertuntur.

Qui Le-
gislato-
ru ad co-
ram eis
m

Bernar.

loquimur: gravius gravius manet indicium. At hoc alias, quod videmus, quam veneranda, imò ridenda, stultis Prælati cogitata scientia, de cælo delapsa.

Prov. 19.9.

10. Fugerunt. Modò sicine legibus micantes, pravi Præsides viderint, sanè fugient. Lævis oculis nocet amabilis lux: cordi illegi, ac transgressori nonnum. quàm displicet lex: & quamvis evinceretur Prælati; efficit, ne sit invisus, & odio prosum indeclinabili: quia adhæret Reçtori, quod ex corde habetur legi. Vir sapiens, si cum stulto conderit; sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem. Est stultus, est improbus: nec suavitate nec rigore hæretur animus. Nec quiescet Prælat, nec ille quiescet in votis, fovens tenacitatis propositum; quosque qui regie, permittat vivere ad libitum, Hinc perverfi filij Israel, gratijs foti, & lege presfi, dixerunt Aaroni: Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Hæc frequens cogitatio hypoçretarum, quasi observatorum legum, quærentiam idola, & voluptatis simulacra; & dicentium simplicibus: Deus ante omnia. Titulo religionis videtur zelus, verum dumtaxat religionis titulus. Deos, qui nos præcedant. Ut legem afferret, in montem ascendit Moyses: dum Deos petunt, apparet prosum religionis species: etenim sine Moysè, cupiebant gordiùs procedere sine lege. Fac nobis Deos. Corrupti mores patent: vivebant enim quasi non haberent. Signum planè non cognoscere, si Numen intendunt quæred. Fac. Ita habebimus quod volumus: ad quælibet flagitia stantes stabunt muti; quia à nobis & nobis electi & facti: equidem si per nos habuerint thronum; nobis vel legiturpis, nec dicent verbum: memores tanti officij, tacebant, tamquam statue. Fac nobis Deos: Deorum imagines.

Exod. 32.1.

Leonard. Marius. Haud Deos qui leges vitæque ordinem disponant, vel si deceter transgressores puniant. Non nobis hi Dij, sed onus: Fac nobis Deos; ita ut pænes nos fit moderamen actionum, & penes illos maiestas cum imagine Numinum. Quicquid nobis non fit, nobis non est. Nobis ergo Deos fac. Deos, à quibus non ducamur, sed quos docemus. Deos qui contenti sint adoratione, & propter adorationem nec hiscant labia, nec aperiat, quamvis ficta, reverentia; ut nos habeamus dominationis imperium & illi solium. Deos ad libitum: Deos, qui possint duci, ferri, trahi, retrahi, eligi, tolli. Hi sunt dij tui? Ubi signa Deitatis? Hij Dij nobis:

Que vo ta et mo res subditoru, ad Præsidi, desiderat

Leon. Mar.

imago quorum removeri atque collocari possit, & simul detruendi ubiqueque, præter placuerit. Obijetur pravorum ladorum speculum, & simul Præsidiu indignorum. Possunt dicere: A subditis adorantur. Mentiantur: non habent subditos. Illeges vivunt, dum pravi Præsides plaudunt: igitur invisum habent inelytum Superiorem, si ut vivetent religioni, compellerentur ad legem.

11. Argumentum enim recti est displicere malis. Patet in delirio Neronis. Paucis decus publicum cura. Accipit adulatio: blanditia, pessimum veri affectus venenum: sua enique utilitas (ait Tacitus, 1. Histor. cap. 16.) libentius cum fortuna nostra, quam nobiscum loquuntur: nam suadere Principi, quod oportet, multi laboris, assentatio sine affectu peragitur. Nero à pessimo quoque semper desiderabatur; quem congà Cesarum serie tumentem, sua immanitas sua luxuria cervicibus publicis depulere. Hunc ergo desiderabant nequissimi & scelesti, & desiderabatur, ut abuterentur in perniciem libertatem; quippe illo imperante, lex erat, quicquid placebat pro lege, obtenta pace tranquillâ, ac dominantis celebrata prudentia; eò quod nihil vel flagitiosum, illicitum, dum in obsequium pravorum Nero teneret imperium. Elucet in voto præfatio filiorum Israel, dicentium, positior: Hi sunt Dij tui. Hos laudant, hos adorant, his ergo præsent, ex corde cultum, qui ut compefcent illeges, nec habent motum. Hi, non alij nec aliter; ut impunes possent vivere nequiter: haud quia ignorebant, illis Deorum impossibile munus; sed quia ita cupiebant habere Deos; quorum adorata maiestatis officium, contra leges & iura in obsequium subditorum, confirmata libertate iniquitatis, ingenio nequitiæ, blandimine adorationis. Moyses, dum præsens, rebelles continuit: audaces compefuit. Ut viderunt absentem, illicò totam corde læti vomerunt iniquitatem, & sub religionis titulo, prævalente veneno; quin possent argui, cum omnes assentirent corruptelæ, & exultantes propter Præsidis absentiam; quia non erat, qui reprimeret audaciam: occasioneque naçta eligunt itatoom in Reçtorem; idolum, Numinis simulacrum, in Ducem: ut unusquisque sese regeret ad libitum, habens & non habens in Prælato Prælatum: quandoquidem in effigie habebant, & quia pessimi adorabant; qui nullam quibat fulminare legem, nec in potestate

Tacit.

Malus desideratur à nobis.

Verf. 4.

Et habitur celestium encens

Circueffestur despicitur.

Cur selestur opatur

Senec. Hercul. fur. v. 351.

Contra electio in electione improbi summa laudi.

ullam exercere potestatem. In Moysis absentia ad regimen non eligunt hominem, sed imaginem. Volunt Superiorem sine sensu: & non eliguntur homo; quippe quam gaudent Superioris specie non Superiore: regimini exteriore apparentia sine regimine: etenim in corruptelas vel inter illos nulla daretur occasio, si in munere constituerent & cognoscereet homo; qui uti Prælati subditos compelleret in custodiam legum, & delinquentes deduceret in supplicium.

12. Solemne his est, plaudere electiones pravorum, ut habeant excusationem per rectorum exemplum vel eligere, modo electio fit in eorum potestate, uti factum est, inter latronem Barabbam & Iesum. Elegerunt virum homicidam sibi donati. Perproprie elegerunt sibi, quia similiter illi poterant eligi: etenim nequibus damnari innocentia, ni libertate donaretur nequitia. M. Falicani, seditionis hominis (refer Valer. Maxim. lib. 3. cap. 8. n. 3.) pessiferis blanditijs præreptus populi favor, Consulibus comitijs summum dedecus admittere conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens; cuius terrorem actis, exquisitum potius supplicium, quam ullus honor debebat. Nec deorat consternata multitudini ferialis Fax iribuntia; qua temeritate eius & ruentem comitaretur, & languentem actionibus suis inflammaret. In hoc miserendo pariter & erubescendo statu civitatis, tantum non manibus Tribunorum pro Rostris C. Piso collocatus; cum hinc atque illinc cum ambissent, & An Falicanum, suffragijs populi Consulem creatum, renunciaturus esset, interrogaretur. Primò respondit: Non existimare, tantis tenebris offusam esse Rempubl. ut huc indignitatis veniretur. Age, Si ventum fuerit? Respondit: Non renuntiabo. Quo responso, pessimo consularum, priusquam adipisceretur, eripuit Multa & terribilia Piso contempsit, dum speciosum mentis sue stecti non vult rigorem. In odium actus, sed pro moribus pravis profligandis, stetit gloriose pectus. Sermo popularis premet? Ars prima regni est posse invidiam pati. Ex in gloria maior in encomia causa; sicut Catoni accidit, dum è senaculo in-priorum exivit damnatus, & victor Clodius. Piso floruit, ut clanguit, qui in præcogitatum electionem ferialis Fax Tribunalium auderet: etenim cognoverunt in

munere hominem, qui non stectendus prætermiti legem. Facies Reipublicæ studebant scelesti, ut haberent legibus fractis fautorem, nequaquam munere vindicent: equidem suffragijs propudiosè deducebant in thronum; quem dignissimè duci conveniebat in supplicium. Verum improbi prætereunt totius Reip. ignominiosa dedecora; modo à Præsidi illorum distimulentur flagitiosa crimina. Primò Præsidem plaudunt: si non arridet, tamquam ridiculum plodant.

13. Ingressum Christus Ierosolymam, acceptus, & receptus ab improbis summo plausu, quasi homo mirabilis, qui descenderat è cælo, ut prædicare staderet religioni, cunctorumque consuleret gratiæ, corde vocibus profert: Benedictus qui venit in nomine Domini. Intra paucos dies videnda tanta affectionis stas stidia, & qua de causa. Facto vespere Iesus Bethaniam abij & abscondit se ab eis. Abijt: Utique. Iam erant mutato corde. In ptem manè cum singularibus encomijs direxerunt plausum, vespere non invenit, qui iovitaret in hospitium. Videmus causam ut regimini etiam exponamus & molestiam & formam, Rex ergo acclamatus, processit in templum, ut perticeret munus. Vidit religionem profanatam, legem corruptam, factamque venerabile templum speluncam latronum, & eiecit ex eo sacrilegos Sanctuarij violatores, evertens mensas, & merces. Obstupuerunt tunc Principes Sacerdotum dicentes: Quis est hic? Ita Matth. loc cit. Altero die rediens è Bethania in templum, idem quod pridie, invenit, & non solum facta iam mensarum subversione iteravit (Marc. 11. à 12.) sed negotiatores flagellis è templo eiecit; ut fecerat primo Paschate. Ioann. 2. 15. Ita Hieronym. loc. cit. Matth. Fecit sibi flagellum à funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit è Templo. Primò violatorum crimen quasi dissimulavit, & materiam criminis dumtaxat evertit: ac eum iteraretur culpa, sumpsit flagella; quoniam severitas necessaria in medicamen, si dissimulatio inefficax in criminis correctionem. Sibi fecit. Quid est hoc? Non fecit sibi. Innotuit lenitas, utilitas & charitas; quæ debet esse in criminum vindice, in & ex subditorum afflictione: etenim dum transgressores flagellis castigavit, sibi fecit; quippequam Præsidi patientia est omninò necessaria, modo pro extirpanda culpa, deveniendum in flagella. Cum ergo crimina semper ha-

Math. 21. 9. 17. & Ioann. 12. 36.

Hieroni Iritatur electio, iterata culpa. Obstat autem et

Præsidi ex dolore correptionis

Marc. 9
28.

Probus
calumnij
impug-
netur.

Quare a
provis
impug-
natur

beant patrocinium, tunc summi Sacerdotes inturxerunt in eum, dicentes: *In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hæc potestatem?* illi dicunt *Hæc, sed nescimus Quid.* Loquuntur de propulso templum profanantium, vel de patrione miraculorum? Tunc *accesserunt ad eum cæci & claudi, & sanavit eos.* Matth. d. v. 14. Utrumque in questione amplectuntur, ut calumnientur: etenim cum non possent inficiari miracula, facta plebi enunciantur arte diabolica: & ad illorum pertinebat dignitatem, arte dæmonis expellere seductorem; quoniam fas non erat, titulo mirabilium, inter illos in templo habitare dæmonium. Vernaculè, vividius: *Es verdad hacia milagros, pero era un demonio.*

14. Eluceat posterius illorum propositum. Gaudibundi uti Regem susceperant: quia ut illi fecerant, facturum in potestate iudicaverant. In templum ingrediens fecit observare leges, corripuit violatores religionis: & cum minime utens potestate, dissimularet flagitia, nec subditi possent dedecorare miracula, nec contra ius operari: miracula attribuunt dæmoni, ut læsa fama, supplicij iurè impacti sumeretur vindicta: igitur sperantibus, ut prideam, immunitatem, esto crimina in religionem & legem; tota vires pravorum subditorum vel in templo commotionis, eò quod Superior iam monitis flagellavit delinquentes. Persecrtemur, quousque subditorum perveniat audacia, modo Præfex haud preternittat flagitia. Dum ingreditur Superior, lætè suscipitur: benè de se meritis a singulis cogitatur. Primò

placet. Observator legum videtur: displicet. Observator legum videtur: displicet. Ex Iesu hoc in articulo patet: etenim cum eum viderent, ut munus petebat, & nequaquam ut relaxatio subditorum præcogitaverat; inficiantur Superioris potestatem, quem dudum læti susceperant Superiorem. Sit ergo huiusmodi tractus in documentum, si Præfex incidit in pravorum odium. Illi semper duplex Kappa: in illum illorum odia. Per legem erit invisus, & nequaquam plausus; sicut fuerat in dignitatem ingressus: quandoquidem nondumquam male audit, qui subditos aberrantes in leges premit. Satiùs, quòd invidiosus sit Præfex, quàm quòd status perturbetur religionis. Depingit Tacitus, 2. *Hist. cap. 39. Honor (instit) imperij penes Titianum, vis ac potestas penes Proculum: Celsus & Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine Ducum. Tribuni Centurionesque ambigui, quòd sprete melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer, qui tamen iussa Ducum interpretari, quàm exequi mallet. Nec perinde dijudicari potest, quid optimum factum fuerit; quàm pessimum fuisse, quòd factum est.* Accinit etiam Lucanus. 1. *Pharal. à v. 67. & lib. 6. à v. 695.*

— Stygium nefas, pavèque nocentum; Et chaos innumeros avidum confundere mundos.

Invidia fatorum series, sumisque negatum

Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus:

Fert animus causas sanctorum exponere rerum.

Et quæ
do lætè
suscipi-
tur.

In ordi-
neculus
ordo sine
Præfex
zelo.

Corn.
Ticit.

Lucan.



TAU

TAUTOLOGIA DECIMA.

TEMPUS PLANTANDI, ET TEMPUS EVEL-
lendi quod plantatum est. Eccle. cap. 3. vers. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

PRESENS Tautologia ex his est, quæ sunt expressione suppositi nec cellarij; ut illud *Ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: Mendaces adversus veritatem: Unguento ungebat; & sic alia de quibus actum, vel agendum.* Utuntur huiusmodi idiotismis usquequaque Ethnici exergaticè; quasi simpliciter, perspicua haud efflentia; vel iuxta animi propositum non satis ad perceptionem prolata. Homerus, 18. *Iliad. v. 581. Vindemiare vineam. 9. Odyf. v. 210. Viter, quæ ferunt vinum ex, cuius. Ibid. 11. v. 192. Vineæ vitiferæ.* Addit, *Cum ancillis feminis mulieribus.* 7. v. 104. 13. v. 67. & 19. v. 602. Euripid. in *Bacch. v. 909. Cui vita beata, illum beatum puto.* In *Ion. v. 1314. Ad aram sedere non conveniebat, sed depelli inde.* In *Electr. v. 245. Absens hinc, non presens nobis.* Sophocl. in *Aiac. v. 803. Non hic sedendum, sed ibo hinc ego illuc.* In *Electr. v. 1006. Mulier quidem, non vir nata es.* Quint. Calaber. lib. 7. v. 517. *Necdum adolescentia metas perigit, & adhuc intonsus.* Pindar. *Olymp. Od. 10. v. 109. Neuter vicis, sed invidi fuerunt.* Nonnus, 35. *Dionys. v. 257. Lux fulgore illuxit.* Plaut. in *Epidic. Act. 3. scen. 2. v. 43. Abeamus intro hinc ad me, aliquantò lubentius quàm abste sum egressus inus.* In *argum. Mollit. v. 6. Lucripeta fœnus funeratoris postulans.* In *Bæconid. 4. 9. v. 52. Si est quis emptor, coemptionalem senem vendam ego, venalem quem habeo.* In *Milit. 4. 2. v. 44. Inelamato, sic te vulgo vulgem.* In *Casin. 4. 1. v. 2. Neque ludos tam festivos fieri, quàm ludi ludificabiles.* In *Menecmh. 1. 4. v. 2. Quod sit satis: neque deficiat, neque superstiti: & in Trinnamm. 2. 2. v. 93. Adulæ virgo, grandis.* Horat. 2. *Satyr. 7. v. 113. Fugitivus & erro.* Virgil. 1. *Æneid. vers. 596. Auro flavo. 2. v. 297. Adytis penetrabilibus. 3. v. 72. Terre urbesque recedunt. 9. v. 345. Vigilantem & cuncta videntem. v. 522. Fumiferos infert ignes: v. 782. Quos alios muros? Que mentia habebis? & 11. v. 197. Maculantur corpora morti.* Ovid. 3. *Metam. fab. 1. Nullum passa iugum, curvoque immunis aratri. 4. fab. 8. Mater felix & fortunata profecto. 14. fab. 5. Possimne ingratus & immemor esse: 1. Pastor. v. 292. Insula dividua, quam premit amnis aqua: 3. v. 400. Bootes mergetur & visus effugiet. Iuvenal. 14. *Satyr. v. 197. Crescent, maioraque fiant. 1. v. 14. Rarus sermo illis, & magna libido tacendi.* Martial. 3. *Epigr. 24. Agrestis, rudique viro. 14. Epigr. 210. Non mendax, nec fingitur arte.* Cælius ad Cicer. dicit: *Parti nihil vos calefacium: nos hic frigore frigesimus.* Plin. lib. 19. cap. 1. *Surdus illibus & qui non exaudiantur eadè: & lib. 37. cap. 1. Gemma demonstratur illibata intastaque.* Alian. 1. 1. *Var. hist. cap. 4. Non clam eras, neque latere poterat Plutarch. in Paralel. num. 1. Visum amiste, factusque est cæcus.* In *Insti. liber. instit: Membra recta, non distorta.* Florus lib. 4. cap. 8. de Sext. Pompeio ait: *Pavens, & tamen non timens, ne periret.* Petron. *Satyr. pag. 18. Fecit alam piprato piperatam.* Demum Tertull. de *Judic. Dei*, cap. 11. v. 10. *Cerni in clara luce. Hæcine collecta deprømpsi, ne facer stylus attribueretur novitati, simulque ut tabescant; quibus huiusmodi verba, quasi futilia videntur superflua inania.**

2. De temporum congruentijs, vel de vicissitudine temporum agit Ecclesiastes in præsentia sententia. De facto loquitur, non de iure; seu de rectitudine, aut pravitate factorum: quo sensu Senec. *Epist. 76. inquit: Validiorem animum & excelsoiorem & amplioiorem facit virtus: nam cætera, quæ cupiditates nostras irritant (deprimunt) & læ-*

Tautologia
expressione
suppositi nec
cellarij.
Homer.

Plaut.

Virgil.

Ovid.

Cicer.
Plin.
Alian.
Plutarch.

Flor.
Tertull.

Senec.